



intus sapit dulciter. Summe potens in vigore summe celsum in honore delectat feliciter. Ergo pastor animarum bone iesu et carum lumē indeficās. Propter nomē tuū carum tetrū chaos tenebrarū obstrue nos munies. O reformator cūctarum nationū humanarū vita mortē auferens. Restaurator ruinarū virtutū angelicarū teipsum largies.

Amen. *Secūda matheū.*

In illo tempore. Angelus domini apparuit in somnis ioseph dicens. Ioseph fili dauid: noli timere accipere mariam conjugem tuam. Quod enim in ea natum est: de spiritu sancto est. Pariet autem filium et vocabis nomen eius iesu. Ipse enim saluum faciet populum suum: a peccatis eorum. *Off.*

De Credo: corum.

In nomine meo demonia eiciunt: lignis

loquuntur: nomina serpentum tollent et si mortiferum quid biberint non eis nocebit super egros manus imponet et bene habebunt. *Secreta.*

In ueneratione nominis dilectissimi filii tui domini nostri iesu christi saluatoris nostri deus misericordiarum pater deuotus mentibus hostias immolamus suppliciter deprecantes: ut earum uirtute cunctis gentibus preestetur auxilium: et in eodem nomine delectantes: salutarem sui propositi consequantur effectum. *Per eiusdem do. Co.*

Ancienti dabo manna absconditum et dabo illi calculum candidum et in calculo nomen nouum scriptum quod nemo scit nisi qui accipit alleluia. *Post coena.*

Sacrosancta mysteria que sumimus domine in honorem